



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& de PP. Laine, & Natali. 201

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

201 Huic eidem Laini fore prædixit, vt sibi successor, in summa Societatis prouincia, daretur. Hieronymum quoque Natalem cum Ludouico Consato in terrâ Hispaniã iturum, iusserat quam primùm conscensa nauis soluere: habituros expeditam nauigationem. Nec aliter accidit: & hieme ipsa feliciter traiecere. 202 Haud minor difficultas Collegiũ Germanicum premebat: sed idem deuentu vaticinium. Quippe laborabat vltima penuria, nec allucebat vsquã subsidii spes. Quare de purpurato senatu aliqui monere patrem, cæpta ommitteret: nullo consilio rem tam difficilem continuaturum. Negare interim ille, atque in proposito perseuerare: quin etiam breui futurum dicere, vt Collegio rebus omnibus abundè prospiceretur, neque egestati locus esset. Secu-